



**V** qui dormitis in lectis eburneis et lasciu-  
 tis in stratis vestris. hoc quantum ad luxu-  
 riam. qui inquit comeditis agnum de gre-  
 ge. et vitulum de armento. qui canitis ad  
 vocem psalterij. qui bibitis in pbalis vi-  
 num. et optimo unguento delibati estis. hoc  
 quantum ad gulam. avariciam. lasciviam. s; sta-  
 tum adiungit pena. qua. propter inquit tras-  
 migrabunt in capite trans migrantium. et  
 auferet lascivia eorum. ¶ Secundo est somnus  
 pigritie et miserie quando homo nihil vult  
 operari boni sed quiescit in fece peccati.  
 Tales enim non curant excolere viam suam. vni-  
 et cuiuslibet tali dicitur. puer. vi. vsque quo pi-  
 ger dormis. quando conserges de somno tuo  
 istilaborare nolunt quando possunt. et ideo  
 in perpetua egestate erunt. sic enim dicit Job.  
 ix. Operamini dum dies est. veniet nox  
 quando nemo poterit operari. Eccl. ix. Quid  
 quid potest manus tua instanter operare  
 quod nec opes nec ratio nec scia erunt apud in-  
 feros quo tu operas. propter hoc talibus  
 dicitur Matthe. xxi. Quid hic statis tota die  
 ociosi. quasi diceret. statis vbi non est standum  
 quiescitis vbi non est quiescendum. dormi-  
 tis vbi non est dormiendum. sed potius sur-  
 gendum eundem et vigilandum. vni Michae.  
 ij. Surgite et eatis quia non habetis hic  
 requiem. Tercio est somnus superbie. de quo  
 exponit illud Ione. qui descendit ad inte-  
 riora navis et dormiebat sopore gravi.  
 Iste a facie domini fugiebat et mendax vide-  
 ri volebat quod gloriosus videri appetebat  
 et ideo somno vane glorie dormiebat.  
 Quartus somnus est somnus mortis  
 pene. nam in somno est quedam mortis  
 imago. quod sicut mortuus perdit visum ol-  
 factum auditum gustum et tactum. sic et dor-  
 miens secundum suum modum. vnde quod diu dor-  
 mit velut mortuus nihil sentit. vnde de  
 hoc dominus ait Job. xi. Lazarus amicus no-  
 ster dormit. et vado ut a somno excitem  
 eum. et sicut ibidem habet de somno mor-  
 tis dominus loquebat. hic autem somnus homi-  
 nis est bonus. quod malorum omnium fugatiu-

et bonorum omnium collatiu. sed malis est  
 valde malus. quod malorum omnium est indu-  
 ctivus. propter quod Augustinus dicit de civi. dei.  
 quod mors non est dicenda mala quam bona  
 vita precessit. quod non facit mala mortem ni-  
 si illud quod sequitur mortem. vnde sic mors  
 sanctorum est preciosa. sic mors impiorum est  
 pessima. vni mali et maxime avari affli-  
 gunt ante mortem et magis affliguntur in  
 morte et maxime affligunt post mortem eo  
 quod de bonis que tantum dilexerunt nihil sibi  
 in manu inveniunt sed per his omnibus pe-  
 nas luunt. dormierunt somnum suum et nihil  
 inveniunt. omnes vi. di. in ma. l. ¶ E-  
 Nota tamen quod licet tot modis dicantur  
 somni. a solo tamen somno culpe Aplos  
 monet esse surgendum. Est ergo a som-  
 no lascivie surgendum diligenter. a somno  
 pigritie est surgendum velociter. a somno  
 superbie siue laudis humane surgendum  
 est sapienter. Dico ergo quod a somno lasci-  
 vie surgendum est diligenter. nisi enim quis  
 valde diligens fuerit et diligenter seipsum  
 ab omni actione mali subtraxerit ab hoc  
 somno surgere non valebit. vni puer. vi.  
 Postquam multa defraudulenta muliere sa-  
 piens locutus fuerat. statim adiunxit. di-  
 scurre festina suscita amicum tuum id est  
 animum tuum ecce sollicitudo non des som-  
 num oculis tuis. nec dormiet palpebre tue  
 ecce cure animi adiectio. ¶ Secundo a  
 somno tristitie siue pigritie est surgendum  
 velociter. in cuius figura angelus Actu. xij.  
 Latrus petri percussit et eum extravit dicens.  
 Surge velociter quia ceciderunt cathe-  
 ne de manibus tuis. Due catene qui-  
 bus ligatur anima sunt tristitia et pigri-  
 tia. Nam pigritia ligat eam exterius ne  
 procedat ad opus. sed tristitia ligat eam  
 interius ne in ea generetur bonus affectus  
 ¶ Tercio a somno vane glorie surgen-  
 dum est sapienter. et hoc aperte signifi-  
 catum est in sapientibus illis virginibus  
 vni dicit Matthe. xxv. que tardante sponsus  
 dormitauerunt omnes. sed dum clamor fieret

. b i